

Q. D. B. V.

AD

ACTUM DRAMATICUM

DE

FATIS INCENDIORUM

URBIS ANNÆ-
MONTANÆ HER-
MUNDURORUM,

Ex tristissima memoria,

D. XXVII, April, Anno MDC IV.

peracto jam Seculo recurrente,

*Ultimo April, A. M DCCIV, Hora VIII. Antemerid. cum
Quibusdam Discipulis, iisque ex parte*

VALEDICTURIS,

rite instruendum,

MAX. REVER. ET AMPLISSIMOS UTRIVSQUE

ORDINIS PATRES,

Inprimis

Summe Venerabile atque Amplissimum

DNN. INSPECTORUM COLLEGIUM,

Ac Doctos, elegantiorisqve Eruditionis

Amatores omnes,

Submisit atque officiose

INVITAT

JOANNES KEILHACKER, RECTOR.

Annebergæ, Imprimebat Job. Victorin, Richter.





Unt, qui grandifona fortem modulantur avena
Eneam, auctorem Romanæ stirpis in orbe.
Sunt, qui magnificos magna cum laude Patronos
Concelebrant, multoque canunt bella horrida versu,
Horribilesque neces Regum, quos dira cupido
Regnandi tenuit miseros, ex hoste maligno
Sanguine pollutes tulerat quos Roma triumphos.
Sunt quoque, qui Venerem modulantur arundine
dulci,

Atque alia exigua ludunt crassaque Minerva;
Sed me *Fata* trahunt fleuntque *Annea maligna*,
Quomodo corripuit fulgentes flamma nociva
Ædes, atque urbi priscam formam abstulit omnem,
Eheu tetra dies venit infelicibus astris!

Ah Matuta diem reddit, qui flebilis omni,
Quem Patriæ modo tangit amor, nam volvitur iste
Annus, qui tristes repetit formidine Fastos.

Heu mihi! nunc tempus nigrantibus ingruit alis,
Quo cunctus gemit lacrymis, urgente ruina:

EXVrVs perlit Mons DIVÆ nobILIS Annæ,

Ao, M. DC. IV. SVrrlpVlt portas & opes ah! Ignis aVarVs,

D. 27. April. Septimus ut mundo vigesimus hæret Aprilis,

Quo fax tetra fabri ferme omnem perdidit urbem.

Quamquam animus meminisse horret, si talia fando

Commemorem, largo lacrymarumque imbre madescunt

Ora mihi; tamen hæc Sortis durissima Fata

Dicam pro viribus, nec non pro more Laconum.

Dena quater centum & cum sol jam secula cursu

A. MCDXCVII Bisque novem lustra & septem confecerat annos,

Gente ubi Saxonica natus fortissimus Heros,

GEORGIUS erexit primum Urbem & moenia pulchra

In pede Peliaci auspiciis atque omine fausto.

Urbs fuit hæc, alias quæ inter caput extulit urbes,

Eternumque gerit nomen memorabile ab ANNA

Excelsoque situ, nec non a vertice Montis.

Sed non parva brevi damna urbi contulit ignis

Tempore, quæ non sunt feros reparanda per annos,

Annis bis centum sunt orta *Incendia septem*,

Quæis pretiosa jacent consumpta Palatia flammis,

Multiplicem ut taceam perquam fatalis & undæ

Hluivem perdentem agros pecudesque ferasque

Ennum

Enumeroque brevi Pestem, quæ quatuor olim
 Millia cum quadriagentis denis bis & octo
 Exstinxit misere Juvenesque senesque, per annos
 Tres & lustra tria, hinc heu! Mufas bisque fugavit.
 Fulmine tacta fuit turris, Vulcanus in illa,
 Proh FVRL, en trVX faX his araMentaqVe LaDIt
 Sedibus, exoritur clamor, quin omnia luctu
 Replentur, sed templa manent intacta per Alnum
 Numen, supremas quamvis furit æstus ad auras.
 Sedecies vix Sol circum quoque volvitur annos,
 Ut supra est dictum, tota Urbs fere ignibus illis
 Deperit, heu flammis perijt Schola, Curia, Templi &
 Egreiit tectum Cyprium, urbis nobile pignus.
 Exsuperant flammæ ventis, jam splendidus ardet
Franciscus, fumo & nigro consumitur, ut jam
Schleiniusius, Præsul Misnensis, dixerat ante,
 Non vanus vates, cujus decreta perebat
 GEORGLUS ille Pius, nostræ *Anne* Conditor almus.
 Sicque suis plateis via regia diruta flammis,
 Exusta est *Triados* templum Divæque *Marie*,
 Bis septemque casæ modo circa mœnia restant.
 Fluxerat hinc sextus vix & vigesimus annus,
 Ex quo ter centam & plures cineresque facesque
 Prostrantur ædes, & quis neget omen inesse
 Autori fabro, infausto cognomine dictus
Eitelbas, civis, mala fata in montibus *Anna*
 Fecit, ut hic steterint raris mapalia tectis.
 Quatuor & tredecim anni, idem mensisque diesque
 Volvitur, ut flammam hanc excepit mitior *illa*
Ædibus Eusebii Lehmanni noxia saltim
 Bis septem, & quæ contiguæ, tum constitit ignis.
 Ah! utinam tum flamma ferox requieverit, atque
 Præter tres ultas ædes sub mense Novembrem
 Præcedente, simul post lustra decemque duobus
 Annis completis, fax nulla inmanior urbi
 Luxisset, nigris lux usque noranda lapillis!
 Horreo, stantque comæ, & parulis vox faucibus hæret,
 Dum versa in cineres tot splendida tecta renarrant
 Annales tragici, proli annis atrocior omni!
 QVo pereVnt aDes IgnI In parletibVs Annæ,
 Vt Majl tristis Vah Vah! LVX qVlnta, refVLget.
 Quis damna illius noctis flammæque furorem
 Explicet, aut verbis æquare pericula possit?
 Curia Sancta ruit multos laudata per annos,
 Avtomaton, gesta & rerum ac documenta Senatus
 Proh dolor! in cineres abeunt tetrasque favillas,
 Splendida perque vias sternuntur tecta domorum,
 Et quæ sunt vicina foro, templique plateis.
Præfulis ampla domus, templo quæ jungitur, ardet.
 Mercantes Italos flammam hancce parasse, recensent;

Ab Ao. M.D.
 LXVI. usque
 M.D. XCIX.

M.D.LXXXIII

A. M.DC.IV. d.
 27. April.

Jenif. in Annal.

A. M.DC.XXX.
 d. 19. Nov.

A. M.DCXLVII
 d. 19. Nov.

A. M.DCLII.
 d. 26. Octobr.

A. M.DCLXIV
 d. 5. Maji.

At

);(

At Deus, e caelo qui desuper omnia cernit,
 Tot Loca vasta dedit, populi lamenta suorum &
 Corpora plorantis flamma combusta per horas
 Perpaucas, quorum dolor! enumerantur in urbe
 Octo igni misere laesi, bisque octo cremati.
 Ah dulces animas puerum juvenumque senumque,
 Flebile quas fatum hoc, ac saevus perdidit ignis,
 Portenta haec quem praedixere parelia, caelo
 Tres noctu virgae nigrantes, voxque canumque
 Funesta, ignitique globi per pura micantes
 Astra; sed in mediis quoque flammis gratia caeli
 Affulsit, salvum mansit Templum & Schola nostra,
 Circa quas aedes volitantes usque columbae
 Albae narrantur visae, fausta omina testis!

Ohe jam satis est, ohe jam desine flamma!

Vix habet Anna pares sumptus reparare per urbem
 Ingentes cumulos, o lamentabile fatum!

Quid? Cives! Cives! igni nunc Spiritus adflat
 Ipse DEI irati, quia non scelus extat inultum.

Mo. M. DC.

LXXVI. d. 25.

Junii.

Horreo, si pretiosa revvnt palatia VICI

Maloris Fan! TIBI proh! Annae arca Diæ.

Impius en. quidam subjectis urere flammis

Non metuit, facinus magis qui celerare paravit.

Illicet ignis edax ter denas devorat aedes

Atque novem technis, rapuit quas improbus ignis.

Heu cives! cives! heu lumina clara Senatus!

Ordinis heu veneranda sacri vel clara Lycei

Lumina, quo res vestra loco? quæ fata fatigant

Adversa, & faciem pulchram mutantia *Montis*

Annae, cunctus tot casus, tantaque rerum,

Quæ Deus immisit, discrimina ponderet usque.

Has Deus, ut vindex, quem nemo fallere tentat,

Iustus pro meritis poenas inflixit & auxit

Auctis peccatis, has quæ fecere ruinas.

Tandem jaeturam rerum tantasque ruinas

Deplorate Viri, qui nunc habitatis in urbe,

Flectite supremi precibus sacra Numina Patris,

Ut quodvis reparare bonum dignetur, ab urbe


Omne malum pellat procul hinc, vultuque benigno

Nosmet respiciat, sic surget pulchrior *Anna!*

Discipuli nobis præbunt DECLAMANTES,

- I. *JAN-JACOB* Werner / patriæ stimulatus amore,
- II. Et *JAN-ANDREAS* Sicker / quem Lautera misit,
 Qui duo cen *Genii* modo præfabuntur amici.
- III. Tum surget *JAN-HENRICUS* Boldt / Annbergensis,
 Qui

- Qui patriam sistet dulcem florentibus annis,
 Post vale dicet agens grates magnisque Patronis,
 Idque prius Latio, deinceps sermone paterno.
- IV. *Christoph Henricus Wolff* huic respondet amice.
- V. *Georg Christoph Brüchner*, noster pius ibit Alumnus,
 Non sine tristitia & patriæ dabit ignea Fata,
 Expedietque Scholæ verba ultima Carmine Græco.
 Huic Latia lingua faustos vovet usque Viales
- VI. *Ioann Andreas Dietrich* / quem Septimus iste
 Excipit Orator Musarum hæc limina linquens,
 Lipsiacosque lares quærens, sociatus iisdem,
 Dudum qui socii strenuique piique fuere
 Musarum Comites, quaris de Rhetore nostro?
- VII. *Ioannes Ziegenhals* / laudatus noster Alumnus,
 Qui pius in causas disquiret ad ultima, quoquo
 Iure Deus regnum extenuet, vel mœnia vastet,
 Et tandem Latio valedicet Carmine nobis.
- VIII. Hunc *Christjan Uhlisch* Prosa dimittet eadem.
- IX. *Ian-Christjan Kirstein* patrio post Carmine claudet,
 Urbem atque Annæam finget pia verba loquentem,
 Quæis sibi posteritas reparat pietatis honorem.
 Interea Musæ subtristi voce sonabunt.
 VOS, qui bis centum, & plus jam defenditis annos
 Urbem hanc atque Scholam, Vos Magnos oro Pa-
 tronos,
 Eximia & pietate Viros, Civesque, venite,
 Scandite delubrum Vestrum, atque accedite, nostras
 Inflammate piæ Musas, fecistis ut ante,
 Sic laus Vestra manet, Schola non quoque spreta ja-
 cebit.
- Ite Pii *Invocænes*, Vobis Deus addat amorem
 Et *Mecænates*, quorum Vos gratia servet.
 Ite favente Deo, incolumes doctique redite!
 Hoc mense atque die perscriptum in Montibus Annæ,
 Postquam Sol roseus centum renovaverat annos,
 Fabri ex quo factum est VVLCanl per DIDit æDes.



Ya 313 JK x 3047289

ODÆ BINÆ
INTER PERORANDUM

DECANTATÆ.

HUc, Civis, gemitu fremens adesto,
Nam lumen tragicum Tibi resulget!
Dormitis socii, nihilque nostis,
Quam prona nece mens sopore nutet?

Infelix ruit hora, noxque tetra,
Advenitque dies, feroxque tempus,
Longas mœnibus inferens ruinas.
Urbs, quid turribus arduis superbis?
Urbes pondere criminum repente
Stermuntur, segetes ut igne cœli.

O felix simul ac beatus olim
Mons Annæ, nemus, umbra cum roseto!
Nec deerant Tibi oves, boumque turme,
Nec quæ saltibus invidis oberrant,
Argentigenus omne compararas;
Verum gaudia, tot jocique mundi
Cæsarunt elemento atrocis ignis,
Quo olim Sodomæ fertilis redacta
In tristes cineresque vel favillas,
Causa est, non voluit timere Numen.

I.

Graube Annen: Stadt! du magst mit Zug und Necht
Ein wahrer Schrecken = Berg nach vorge Zeiten heissen!
Der ist vom Stahl und Eisen /
Den dein Verhängnis nicht bewege!
Und dein Leid trägt.
Denn Glück und Unglück steht bey dem menschlichen Geschlecht.
Woist der Annen Schmuck / ihr holdes Angesicht?
Die Flamme hat sie so erbarmlich zugericht.

Doch gräme dich nicht todt / ob dich schon trübe Nacht
Der schrecklichen Aprils mit Unglück, Gluck verzeubet /
Dir wird ein Mäh gewähret /
So den Verlust dir noch erfest /
Und dich mit Freude leset /
Nur sey auf Himmelsfurcht und Tugend wohl bedacht /
Laß stets der Liebe Feur in Brust und Herzen ein /
So wird die letzte Gluck mit Gott die letzte seyn!



Q. D. B. V.
AD
ACTUM DRAMATICUM
DE
FATIS INCENDIORUM

IN
BIS ANNÆ-
NTANÆ HER-
INDURORUM,

Ex tristissima memoria,
XVII. April. Anno MDC IV.
peracto jam Seculo recurrente,
*A. M DCCIV, Hora VIII. Antemerid. cum
Quibusdam Discipulis, iisque ex parte*

VALEDICTURIS,
rite instruendum,
R. ET AMPLISSIMOS UTRIUSQUE
DINIS PATRES,

Inprimis
umme Venerabile atqve Amplissimum
PECTORUM COLLEGIUM,
ctos, elegantiorisqve Eruditionis

Amatores omnes,
Submisit atqve officiose
INVITAT
ES KEILHACKER, RECTOR.



Annaberge, Imprimebat Job. Victorin, Richter.

